G. Volkmar

1838

LIBRARY
OF THE
UNIVERSITY OF ILLINOIS

JAHRESBERICHT

UEBER DAS

KURFUERSTLICHE GYMNASIUM ZU HERSFELD,

WOMIT

ZU DEN AM 2., 3. UND 4. APRIL ZU HALTENDEN

OEFFENTLICHEN PRUEFUNGEN UND SCHULFEIERLICHKEITEN

EINLADET

DER DIRECTOR DES GYMNASIUMS

Dr. **WILHELM MUENSCHER.**

VORAN GEHT:

Specimen quaestionum lexilogicarum de vocibus Graecis cum v. ἅγιος radicitus cognatis.

SCRIPSIT

GUSTAVUS H. I. PH. VOLKMAR,

PRAECEPTOR ORDINARIUS [illegible]

Amico Carissimo,
Guilielmo Dunkero,
d. d. d.
Autor Commentationis.

CASSEL.

DRUCK UND PAPIER VON JEROME HOTOP.

1838.

DE

VOCIBUS CUM V. ἅγιος RADICITUS COGNATIS.

Ad studium veri, antiquis potissimum literis dicatum, quo et nostra schola nititur, aliquo modo significandum, offero fragmentum quaestionum, quas de notione sancti antiqua instituere coepi. Propterea *hanc* scriptionem in medium profero, quoniam mihi (sensim paulatimque) contigit, ut *literarum*, quae ad *eius* argumentum pertineant, partem maxime necessariam conferre potuerim. Ceterum arcti huius speciminis fines ex angustia loci praescripta pendent. Prae ceteris *principium* vocum, quas indicavi, exponere et satis demonstrare volui; deinde ne vocibus quidem ex ea radice, cuius stirpem expositurus sum, in Latio natis (v. *sagmen, sacer, sancus, sancio, sanctus*), explicandis, nec nominibus atque verbis, quae Graeci ex vocibus *simplicibus*, de quibus disputabitur, partim flectendo partim componendo formarunt, lustrandis locus concessus est, ne dicam de familiis vocum ceterarum, quae sancti notionem exprimunt vel ad eam spectant, sicuti de comparatione linguarum aliarum. Neque adiectivis, quibus Germani sanctum sacrumve significant, usus sum interpretandis in vocibus Graecis, quum illa ipsa primum per se spectanda sint. Pariter de principio, consilio atque ratione quaestionum earum huiusque particulae et de rebus, quae huic disputationi affines sunt, alio loco dicendum erit [1]). Sectio II huius commentationis maxime dicatus est refellendis iis scriptorum, quos contuli, doctrinis, quae sententiae Sectione I demonstratae adversabantur; in ea quoque parte loci penuriâ impeditus sum. Utinam nihilominus haec scriptio aliquid conferat ad discrimen vocum earum explicandum atque admoneat viros, maiore litterarum apparatu instructos, quam quo frui hucusque mihi licuit, ut quaestionem, quam inchoavi, absolvant!

1) Alterum specimen earum quaestionum lexilogicarum de vocibus, quae notionem sancti exprimunt, propediem in lucem prodibit hoc titulo: Notio vocis religionis Romana per se spectata. Libri Duo cet, Lipsiae ap. Theod. Fischer 1838.

SECTIO PRIMA.

Derivatio atque explicatio per se spectata.

I. *Radix AΓ.*

Verbum ἄγω *(ago)* cuius α semper corripitur discernendum est a v.: ἄγνυμι, quod α plerumque producto et *F* praemisso enuntiandum esse (cfr. e. g. ἔᾱγα i. e. ἐ*F*αγα) observavit e. g. Heynius ad Il. 3, 367 et nunc inter omnes grammaticos constat. Pariter alienum est ἄγω a radice *AIΓ* (vocum ᾱἴσσω, αἰγίς, αἴξ, ᾱἴξ cet.), quae interdum ι omisso, α tamen producto, sonuit *'AΓ* (unde verba ἀχταίνω, ἀχτάζω repetenda videntur), quamvis utrique radici vis *movendi* convenire videatur. Neve cum radicibus confundatur ἄγω vocum ἄχομαι, ἄγχος, ἄγχω et ἀχή al. earumque progenie. Nec γ radicale ad arbitrium ita negligendum est, ut cum radice *'A* e. g. verbi ἄημι, (unde cll. Il. 21, 386 et v. ἀετός adj. ἄητος Il. 21, 395 eiusque sensus: *vehemens* fortasse repeti potest), vel cum radice *AΓ* e. g. vocis αἰνός (quacum adi. αἴητος Il. 18, 410 eiusque significatio: *horrendus* cohaerere videtur) verbum ἄγω exaequetur [2]). Quo propius enim ad vocum radices accedimus intelligendas, eo subtilius distinguendum est, eoque cautius minimae formarum discrepantiae observandae sunt, quum ex iis discrimen non singularum vocum sed stirpium verborum amplarum pendeat [3]). Contra spiritus lenis radicis *AΓ*

---

2) Prior radix Dammio (vide Duncanii cet. L. G. ed. Rost 1831, pag. 1225) posterior vel utraque Buttmanno (Lexilog. I. ed. II. p. 236) videbatur origo e. g. verbi ἄγαμαι. Vid. Sect. II.

3) Licet etymologia et has radices altius investigatas sono quodam et vi quadam generali inter se convenire atque cum vocibus alienarum linguarum (inter se in universum cognatarum) comparari posse probet, a *lexilogia* tamen ea ratio, similes radices atque linguas ita exaequandi, ut earum discrimina non observentur, religiose arcenda est.

Quamquam adeo usus verborum, ex radicibus variis natorum, interdum ad eundem sensum patet, radices tamen non confundantur oportet. Ita e. gr. ἀχταίνω ap. Suidam al. et voce γανριᾶν exponitur, quamvis radix v. ᾱἴσσω et radix *ΓA* prorsus differant. Vid. infr.

non ita proprius est, ut prohibeamur, quominus verba ἡγέομαι et ἄζομαι ad eam referamus. Ut formarum ἦμαρ et ἡμέρα, ἥδομαι et ἧδος multarumque aliarum comparationem praetereamur, ne videatur spiritus discrimen interdum gravissimum minoris aestimari, liquet in certis quibusdam vocibus enuntiandis adspirationem lenem cum aspero halitu apud ipsos Graecos, nec tantum variarum dialectorum consuetudine alternasse; ad quas formas ancipites radicem *AΓ* referre non dubitat, qui voces ἀγησίχορος, ἠγηλάζω, cum vi formae ἡγεόμαι (quae et sonuit: ἀγέομαι cfr. e. g. ἀγίαν τὸν ἡγέμενον ap. Timaeum L. Pl. ed. Ruhnk. p. 11, et ἀγέομαι cfr. ἄγημαι) et vocum ex ea natarum (e. g. ἡγεμών cfl. ἀγός) comparat, sicuti naturam progeniemque verborum ἄγαμαι et ἄζομαι. Vid. infr. (Contra e. g. discrepantia formarum ἀγεσίλαος et ἡγεσίλεως ex dialectorum ratione explicanda est.)

Ipsius verbi ἄγειν et verborum cum eo compositorum *consuetudo* apud *Graecos* satis plana atque nota, ex qua potissimum *ducere* (plerumque animantia) vario modo significat, arctior est generali radicis *AΓ* vi, quae quum apud Romanos, tum in verbis ab ἄγειν repetendis reperitur. Verbo enim *agere* et *movendi, concitandi, ferendi* sensum exprimi satis constat eundemque et in vocibus ex eo derivatis et in verbis cum eo compositis reperiri liquet (cfr. e. g. agilis, agitare). Nec immediativa significatio, quam vocant, *duci, moveri, vehi* (quasi *ferri*), quae in formis: *age*, ἄγε, ἄγετε, in ipso v. ἄγειν (saepius e. g. in Xenoph. Anab.) et in compositis προς-παρ-άγειν exstat, negligenda est, nec sensus transitivus *ferendi* et *pellendi*, quem ἄγειν exhibet.

Quocunque demum modo singularis Graecorum verbi ἄγειν simplicis consuetudo se habet, quum soleant singula verba, quae ex principio latiorem vim exprimunt, usu distingui a vocibus synonymis et ita in arctiorem sensum contrahi, fieri posse liquet, ut radicem *AΓ* notionem accenseamus, quae consuetudinem verbi ἄγειν ipsius quodammodo transgrediatur. Praecipue si verborum ex eo *derivatorum* sensus respicitur, vim *movere et motum esse* radicis quam dixi, propriam esse apparet.

Verba ab ea radice derivata in quatuor classes discedunt, quippe quae partim significationem *ducendi* (ἀγός, ἄγημα i. e. fere *agmen*, ἡγέομαι, ἀγωγός, ἀγινῶ, fortasse ἀγελείη, scilicet Athene dux, ἀγέλη al.), *ferendi* (ἄγγος, ἀγγέλλω, singulari nuntii afferendi mentione intellecta), *excitandi* (ἀγείρω, for-

tasse ἀγών), denique *movendi* vel *agitandi* ad suas formas traxerint quasi propriam. Postremus sensus duabus formis insignis est: thematis ϝΑΓΑ et ΑΓ, quae e. g. in verbis ἄγαμαι et ἄζομαι exstant[4]). Aucta radicis forma sensus quoddammodo auctus atque variatus est; ea enim verba minus *agere* quam *agitare*, vel potius, quum forma eorum verborum passiva sit habenda, *agitatum esse* significant; eaque commotio vi singulari ad animum refertur, ita ut *ea* radicis ΑΓ progenie maxime vis metaphorica agitationis exprimi videatur. Quae themata ϝΑΓΑ et ϜΑΓ, quibus interdum affinis est simplex radix ΑΓ (eaque leni adspiratione instructa) voces produxerunt quasdam, quae ad notionem *sancti* (ut in universum dicam) pertinent eique ipsi nomini cognatae sunt.

II. *Voces Graecae ex thematis* ϝΑΓΑ et ϜΑΓ *natae, potissimum eae quae notioni sancti affines sunt.*

A. Thema ϝΑΓΑ protulit verba ἄγαμαι, ἀγάομαι, ἀγαίομαι, ἀγάζομαι, adjectiva ἀγητός, ἀγανός, ἀγαστός, ἀγαθός, substantiva ἄγη, ἄγασμα[5]) particulam ἄγαν.

Ob eam potissimum rem, quod sensus passivus: *agitari (getrieben werden, bewegt sein)* exprimendus erat, non miraberis passivam vel mediam ver-

---

4) Quaedam agitationis vis et in formis ἀκτέω (cfr. ἀγαν-ακτέω), ἀκταίνω, ἀκτάζω, quarum posteriores Grammatici et Codd. quidam habent (vid. Ruhnken. Tim. p. 17. 18.); is tamen motus externus simulque vehemens e. g. trementis, salientis, saltantis, ruentis, petulantis, impatientis, impetu lati, videtur cohaerere cum natura verbi ἀΐσσω (vid. supr.), licet e. g. ἀγαν-ακτέω (i. e. λίαν ἀΐσσω) etiam ad indignationem significandam transeat, et formae ratione habita thema ΑΚΤ ad verbum ἄγω referri posset. —

5) Radix ΓΑ, quae significationes: nitere, hilarem esse, gaudere, placere continet (in verbis γαίων [κύδεϊ H.] γαῦρος, γάνος, γάνυμαι, cet., γήθω al.), etiam α prothetico (sive declinans sive intensivum est) praefixo voces quasdam formavit; quae cave commutes cum verbis supra collatis. Eo pertinent: ἀγανός, ἀγάλλω, ἄγαλμα, fortasse ἀγαπᾶν (cujus significationes placide et benigne excipere ita respondent iis vocibus, ut certe ad radicem ϜΑΓ referri non posse videatur, etsi Opp. Cyneg. 3, 96 ἀγάσαντο pro ἠγάπησαν dictum esse opinatur Schneiderus). Simili modo dubito de adj. ἀγατὸς (Hom.) Hymn. Ap. 515, utrum admirandum an placidum significet i. e. utrum ex ἀγα an γα

borum illorum formam eamque fere unam (nam forma ἀγάζω Sophoclis atque Aeschyli certe poëtica est, et ἀγάω, ἀγαίω non leguntur nisi apud grammaticos, qui eos finxerunt); et quantam mutandi vim afferat minima formae differentia, intelligitur iis quoque verbis distinctis.

1) Ἄγάομαι omnino *agitari* significans de graviore quocunque animi motu dicitur; Homerus (Od. 16, 203 al.) id verbum (ἀγάασθαι) cum formula: θαυμάζειν περιώσιον confert, ita ut *obstupescere* significet, contra Od. 5, 119. 122. 129. *invidendi* (cll. ζηλήμων) sensum fere exprimit; formula haec: ἀγάασθε θεαῖς simpliciter verbis: *in (eas) Deas commoti estis (dii)* converti potest. Hesiodi Theog. 619 ἀγώμενος est: admirans. Quae forma thematis ΑΓΑ, adjecta vocali declinante insignis, prorsus cum verbo sequente exaequetur cavendum est.

2) Forma simplex ἄγαμαι cum aor. pass. ἠγάσθην non nisi ad admirationem significandam adhiberi videtur. Cum vocibus σέβομαι et θάμβω (atque ἄζομαι) apud Homerum commutatur; Ulysses e. g. Nausicaa adspecta tam σέβας, inquit, μ' εἰσορόωντα ἔχει, quam ὥς σε γύναι, ait, ἄγαμαί τε τέθηπά τε Od. 6, 161. Apud Herod. (e. g. IV, 46, ubi ad μέγιστον καὶ σοφώτατον refertur) ἄγαμαι solet esse admirari (IV, 75 verbis: οἱ Σκύθαι ἀγάμενοι τῇ πυρίῃ ὠρύονται significata esse dicitur *gaudendi* vis; simplicior interpretatio est: sudatorio excitati vel commoti clamant). Xen. Symp. VIII, 29: ψυχαῖς (θνητῶν) ἀγασθείη (Ζεὺς) opp. ἠράσθη μορφῆς, ad amoris quidem vim transit verbum ἀγ., is ipse tamen non exprimitur, sed *admiratio* (qua e. g. Hercules et Dioscuri digni dicuntur). Si de liberis erga parentes *piis* dicitur, ἀγ. est *venerari*, neque amare. Apud Platonem unam *admirandi* significationem formarum ἄγαμαι et ἠγάσθην inveniri demonstravit Ruhnkenius (Timaei L. ed. nov. Koch 1828. p. 8—9). Nec adverbium ἀγαμένως aliud atque: *admirabiliter*, magnifice significare ib. probatur. Timaeus (vid. ib.): θαυμάζω ἄγαν (i. e. stupefio), Suidas p. 21: θαυμάζω (Ael. Philostr.) p. 23.

---

repetendum sit, quamquam grammatici eam formam ad ἀγητός (falso) vel ἀγαστὸς referre solent. Et ἀγαυρός renitente Eustathio Schneidero al. ad γαῦρος referendum videtur (licet accentus falsus esse videatur). Significationes (Herodot VII., 57.: μεγαλοπρεπέστατα, Suid. p. 24: κομψόν, τρυφερόν) aperte ad laetum, gloriosum, luxuriosum patent.

ἀγασθέντος· θαυμάσαντος, ἐκπλαγέντος· ἀγάσαιτο, θαυμάσειε. Eustath. p. 1321, 40 ἄγασθαι non nisi ἐκπλήττεσθαι et θαυμάζειν, ἀγᾶσθαι vero etiam τὸ φθονεῖν significare recte observat.

3) Ἄγαίομαι apud Hom. Od. 20, 16 (ubi ad κακὰ ἔργα refertur) *indignandi*, apud Herod. VIII, 69 (ubi cum φθονεῖν jungitur) *invidendi* sensum tangit, Eustathius ei verbo explicando adhibet voces: ἐκπλήττω (rectius ἐκπλήπτομαι) θαυμάζω, μέμφομαι (Vid. Devarii Ind.). Ita et hic ad graviorem quemcunque animi motum respiciamus necesse est.

4) Ἀγάζομαι est apud Hom. et *stupefieri* Od. 10, 249 (ubi legebatur ἀγάζομεθ') et *admirari* (e. g. μῦθον Il. 7, 404 cll. ἐπίαχον, deinde Il. 3, 181; v. 224: Ulixis εἶδος) et *invidere* (cll. φθονεῖν maxime de diis e. g. Il. 17, 71; Od. 8, 565; 23, 211.) et *indignari* (e. g. ὕβριν, Il. 7, 41.) et *horrere (verabscheuen)* Od. 2, 66 κακὰ ἔργα; apud Pindarum (Nem. 11, 6) *admirari;* ap. Aeschyl. Hiketides (Poët. scen. ed. Dind. v. 1062 — ἀγάζειν) *indignari.* Sophocles verbi ἀγάζειν (fr. 797 ed. Dindof. et Suid. p. 16.) et formam et significationem: θρασύνειν (si Grammat. recte interpretatus est) finxit; fortasse sensus erat: *audacter indignari.* Praesens ἀγάζομαι ap. Pind. 11, 6 (cf. Thiersch Gr. 1826 p. 380) invenitur, ad quod maxime formas aor.: ἠγασάμην (ἀγάσσατο, Od. 23, 211 ἀγάσαντο), referamus oportet, ut distinguatur ἠγάσθην verbi ἄγαμαι. Et futur. med. ἀγάσσεσθαι ad hoc deponens med., ut videtur, pertinet. Eustath. eas formas interpretatur (Dev. p. 4) ἐκπλαγῆναι, θαυμᾶσαι, μέμψασθαι, φθονεῖν. — Omnino interpretatio simplex: *aufgeregt, bewegt, erregt sein* ad significationes eorum verborum quadrat; cum sensu eorum malo convenit nostrum: *aufgebracht sein.* Si vis, ea verba ad unam, quam vocant, conjugationem conferre potes, quum cuncta sint defectiva. Ipsa tamen praesentia differunt, ne quid de consuetudinis differentia repetam. Formam ἀγαύομαι falsa scriptione (Oppiani Hal. 4, 138) niti adnotavit *Schneiderus.*

5) Deinde ἡ ἄγη (teste Etymol. Magno ed. Fr. Sylburg p. 8.) idem, quod τὸ πάθος significat et praecipue ad sensum vocis θαῦμα vergit. Apud Hom. (Od. 3, 227: λίην μέγα εἶπες. ἄγη μ' ἔχει, id. 16, 243. Il. 21, 221) aeque atque vox *agitationis* de *animi perturbatione in universum* dicitur; ita ut non singularis quaedam commotionis species significetur. Ad *iram* significandam transit apud Herodot. VI, 61: φθόνῳ καὶ ἄγῃ χρεώμενος. Suidas

ed. Bernhardy p. 53: *θαῦμα, χαρά, ἀπιστία* (ad. Hom. Od. respicere videtur), *ζῆλος· παρ' Ἡροδότῳ βασκανία, παρ' Ὁμήρῳ ἔκπληξις, — ἔνιοι ἱερεῖα.* (Nomen *ἄγή* ad radicem *Fᾱγ* pertinet.)

6) *Ἄγαν* non satis ex verbo *ἄγειν recta via* derivari posse Sect. II. demonstratur. Quomodo igitur cum themate *ΑΓΑ* cohaeret? Id ipsum terminatione *ν* accedente formare potuit eam particulam, ita ut significaret: *erstaunlich* ex ratione verborum cognatorum. At syllaba *γαν* producitur (e. g. Soph. Phil. 590, cf. Ellendt. Lex. Soph. I. 3.); nec analogia docet talem formationem fuisse solitam. Contra omnia nos adducunt, ut *ἄγᾱν* habeamus accusativum nom. *ἄγη*, forma dorica instructum. En! primus Pindarus usus est ea particula (pro *λίην* vel *λίαν* Homerico) et praeter Dores tantum Attici, quos a formis doricis non prorsus abhorrere constat. Contra Ionici nunquam *ἄγαν* adhibuerunt, sed *λίην*. Uti *ἀρχήν, προῖκα*, ita *ἄγην* vel *ἄγᾱν* adverbii naturam suscepit; unde sensus *erstaunlich* princeps iure videtur. Revera ea significatio et omnem consuetudinem particulae explicat; et facillime interpretationem *valde, gar sehr* admittere potuit (Gramm. Beck. An. p. 209, 22: *ἀντὶ τοῦ μεγάλου καὶ πολλοῦ*) cfr. *κομιδῇ* i. e. cum cura, deinde valde. Varietas sensus non nisi ex oratione contexta pendet. Eustath. p. 1396, 40 significari docet *ποτὲ μὲν ἄκραν ὑπερβολήν, ποτὲ δὲ μεσότητα ἐπαινετήν.* Si vis, ex vocis *ἄγη* sensu vario poteris id discrimen derivare, ita ut *zum Verwundern* et *zum Bewundern* distinguatur. Quantopere sensus *ἄγαν* et *λίαν* cum v. *ἄγη* conveniat, apparet e. g. ex Odyss. 3, 227: *λίην γὰρ μέγα εἶπες· ἄγη μ' ἐχει*, quod facile transire potest in: *εἰς ἄγην* vel *ἄγαν εἶπες.* Confer e. g. Pind. Nem. 11, 40: *τὸν καταμεμφθέντ' ἄγᾱν ἴσχυν: der zum Erstaunen, zum Verwundern* (i. e. *zu sehr*) *seine Kraft herabsetzt; οἶκον ταῦτα πορσύνοντ' ἄγαν* Pyth. 4, 269: *das was erstaunlich zum Bewundern* (i. e. *sehr*) *fördert*, formulas: *μηδὲν ἄγαν: nichts zum Erstaunen; πολλ' ἄγαν, viel zum Erstaunen* i. e. *zu viel.* Ita cum v. *ἄγω*, intercedente themate *ἀγα*, cohaeret, cum v. *vehementer* tamen non nisi consuetudine dicendi convenit.

7) *Ἄγασμα* Eustath. p. 971, 16: *σέβασμα, ἀγάσματα* Suid. ed. Bernh. p. 47 ex Soph. (Fragm. Dind. 799): *σεβάσματα, ἅ ἄν τις ἀγάσαιτο.* Exprimere potest et agitationem mentis et eas res, quae potissimum venerationem commovent. Ad iram et invidiam non referebatur.

8) Ἀγανὸς apud Homerum (vid Duncan. et Damm. L. Gr. ed Rost p. 4) est nil nisi *venerabilis,* et partim ad Persephonem, partim ad reges, partim ad homines nobili loco natos refertur. Eustath. p. 919, 20 al. σεμνὸς, λαμπρὸς, καλὸς, κόσμιος (quae posteriores voces vix synonymae haberi possunt). Est igitur, qui praestantia sua atque auctoritate animum commovet, i. e. venerationem excitat. Il. 13, 5 ἀγανοὶ Ἱππημολγοὶ nil sunt nisi nobiles, venerandi, fortasse: integri (cll. δικαιοτάτων sequ.), nec video, cur eo loco haereant interpretes. Manetho quidem confert ἀγανὸς (2, 14. 130 vid. Schneider) cum vi *videndi;* ea tamen significatione vel ad radicem *ΓΑ*, ex themate *γαF*, referendum est, vel pro αὐγανὸς dictum esse censendum.

9) Ἀγητὸς Homeri (vid. Damm. l. l. p. 9) est *admirabilis;* plerumque in Il. ad corporis speciei praestantiam refertur; Eustath. p. 633, 28: ἀξιοθέατος (rectius θαυμαστός.) cf. Suidae ἀζητός· σεβαστός. vid. infr.

10) Ἀγαστὸς Suid. p. 23: θαυμαστός; Eustath. (vid. Devar. p. 4): τὸ ἐπίφθονον ἢ τὸ θαυμαστὸν, illam significationem ex ἀγᾶσθαι hanc ex ἄγαμαι ad arbitrium repetens.

11) Vocis ἀγαθὸς terminationem *Schmidtius* (Bilef.) [Vid. *Jahrbücher für wissenschaftl. Kritik 1837. 52. p. 419]* Boppio ea in re adversatus atque Eustathio, recte exposuit; contulit terminationem αθω, ψάμαθος, ἄμαθος, κάλαθος al. Ad verbum ἄγαμαι recte respexit, quum vero (Passovio opinanti, ἄγαν atque vehementer esse *idem,* non obsecutus) docet, ad verbum ἄγειν vocem ἀγαθὸς non pertinere, verbi ἄγαμαι naturam non satis perpendisse videtur. Sane adj. ἀγαθὸς non ad quemcunque animi motum pertinet; verum et in vocibus ἀγητὸς et ἀγανὸς una tantum species agitati animi exprimitur. Quantopere ἀγαθὸς cum iis adjectivis conveniat, docet ejus consuetudo Homerica. Significat omnino eum, qui admiratione dignus est, vel qui aliorum animos excitat, ut admirentur; propterea dicitur ἀγαθὸς quicunque aliqua re praestat atque excellit; ita πὺξ, βοὴν, βίην, ἐν ὑσμίνῃ ἀγαθὸς, Μενέλαος, Διομήδης, al. dicitur, ubi fortis significatur. Il. 3, ubi v. 179 Agamemnon, βασιλεὺς ἀγαθὸς κρατερός τ' αἰχμητής dictus erat, adjicitur v. 181: τὸν δ' ὁ γέρων ἠγάσσατο; et aliis cum verbis admirationis id adjectivum jungitur. Deinde hoc adjectivo ea praestantia, quae maxime usui est aliis, significatur; denique ad internam animi praestantiam, potissimum σωφροσύνην, refertur.

Principium tamen significationum singularium est vis admirandi generalis, quam Scholiastae non exponunt.

Omnes eae voces ob radicem, quae iis communis est, significatione *internae agitationis* inter se conveniunt, quamvis ea ad varios animi commoti modos (horrorem, admirationem, invidiam, iram et ad vim *verendi*) referatur.

B. Altera ejusdem radicis forma: *ΑΓ*, quae interdum etiam simplicius *ΑΓ* sonat, has voces produxit: *ἄζομαι, ἅγιος, α, ον — τὸ ἅγος* vel *τὸ ἄγος, ἁγὴς, εος, ἁγνὸς, η, ον.*

1) *Ἄζομαι* fere omnibus in locis *vereri,* sive est horrere atque timere, sive est revereri et venerari, significat; ita *ἄζεσθαι θεὸν* est ejus iram *timere* (ita ut e. g. homini tutelari parcatur) Il. 5, 434; *Χερσὶν ἀνίπτοισι Διὶ λείβειν οἶνον ἄζομαι* (Hector inquit) Il. 6, 267; *ἄζετο μὴ Νυκτὶ ἀποθύμια ἔρδοι* Il. 114, 261; *μηδ' ἄζεο Ἀρῆα* (Il. V, 830, imperat Athene Diomedi); *μήτε μητέρ' ἐμὴν ἄζεο τόγε μήτε τιν' ἄλλων δμώων* (praecipit Telemachus Antinoo Od. 17, 401); deorum mentione ipsorum omissa, *οὐχ ἄζεσθαι* eadem significatione invenitur Od. 9, 478 (sequitur: *τῷ σε Ζεὺς τίσατο καὶ θεοὶ ἄλλοι*). *Reverentia* exprimitur eodem modo Od. 9, 200, ubi sacerdoti parcit Ulysses *ἁζόμενος* (sc. Apollinem). Interpretatio *scheuen,* vel *sich scheuen,* vel *verehren* fere prorsus respondet. Eadem vi dicitur *σέβομαι* (ex *σεύω scheuchen* repetitum, quod cum *σείω* cohaeret, atque cum vi *agitandi*) deinde *θάμβω* (stupere i. e. animo concuti), sicuti sensus verbi *ἄγαμαι* (vid. supr.) aperte affinis est. Stupendi enim sensus ejus verbi saepe cum vi verendi cohaeret, cf. e. g. Od. 6, 168: *ἄγαμαί τε τεθήπατό τε, δείδιά τ' αἰνῶς.* Qua comparatione arguitur sensum verendi, qui ad vim agitati commotique animi pertinet, licet verbo *ἄγαμαι* et similibus exprimi potuisset, formae *ἄζομαι* quasi proprium esse factum. Ita et *ἄζομαι* ab initio quidem fuisse videtur ex forma passiva *animo commoveri*, deinde fere praecipue *verecundiae* vim, quasi ejus agitationis speciem, expressit. Certe forma activa *ἄζοντα* a Sophocle (Oed. Col. 133) ut cum chori metro conveniat verbum, aperte ficta est. Lexicographi veteres consentiunt eo, quod eam formam Sophocli tantum tribuunt, et interpretatione *σέβεσθαι,* e. g. Eustath. 694, 30; 28, 9; 28, 7.

2) Vox *ἅγιος* secundum radicis ejusdem rationem primum significare *potuit:* omnino id, quod *animum agitavit* (stupendum), quod nos *terruit* vel

quod *veremur horrentes* (abominandum), quod nostram reverentiam excitavit (reverendum).

Revera ἅγιος, Graecis eum sensum vi posteriore latiorem expressisse, ex eo, quod grammatici veteres memoriae tradiderunt, apparet.

Cod. MS. Sangermann. (vid. Ruhnken. Tim. p. 12 et Beckeri An. I., 337) haec grammatici cujusdam verba affert: ἅγιος ὁ σεβάσμιος καὶ ἅγιον τό σεβάσμιον καὶ τίμιον· λέγοιτο δ' ἂν καὶ ἅγιος ὁ μιαρός ἀπὸ τοῦ ἄγους, ὡς Κράτης. Crates igitur videtur vocem ἅγιος ab ἄγος derivasse, si ea significatione abominandi instructa sit (quod nec fieri potest, nec discrimen tollit). Eadem loquendi consuetudo, quam Gr. illis verbis enarrat, confirmatur etiam verbis Eustathii (p. 1356, 60 ed. Bas.) ἅγιος παρὰ τοῖς παλαιοῖς οὐ μόνον ὁ καθαρὸς ἀλλα καὶ ὁ μιαρός. Quid haec significatio μιαρός sibi velit, intelligis, si notionem σέβομαι perpendis et verendi naturam; ob eam rem, quod ἅγιος ex principio significabat, quodcunque stuporem excitat, et horrendum exprimere poterat; quum vero praecipue *purus* venerabilis, et foedus prae ceteris abominandus sit, eas translatas significationes asservarunt grammatici, quorum prior recte adposuit vocem σεβάσμιος, cuius radix cum sensu v. ἄζομαι cohaeret. Proprie non impurum, sed abominandum atque horrendum exprimi voce ἅγιος, sensu malo instructa, apparet, et eo, quod μιαρὸν cum v. μύσος fere semper exaequatur (e. g. Tim. s. ἅγιος, Ruhnk. ad h. l. Suid. s. παναγής al.) Μύσος vero est, quod horres atque cuius te taedet, *abscheulich*. — De terminatione adjectivi nostri observandum est, adjectiva verbalia, in ιος cadentia, id, quod verbi actione efficiatur, in praedicati sensum redigere. Ita: ἁρμόδιος, (ab ἁρμόζω) est, qui se aliis aptavit, *aptus*. Iste effectus et activae, quam dicunt, et passivae naturae est; e. g. ἄρκιος (a radice verbi ἀρκέω ortum) respondet participio ἀρκῶν i. e. arcens, iuvans, dum πάγιος (cf. verbum πήγνυμι) idem quod πηχθείς *densatus*, *densus* exprimit. Vox ἅγιος nullo loco activae significationis est, sed posteriorem terminationis ιος usum, eumque vulgarem sequitur, ex quo participio pass. respondet, ita ut id, *quod omnino stupent*, vel id, quod *verentur*, *horrent*, *venerantur*, significet (et ad nostras voces: *bestaunt*, *scheuerregend*, vel *verehrt* accedat). Verum tenendum est, v. ἅγιος natura sua eam rem, ob quam quid reverendum sit, non significasse; nec ea generalis *verendi* sensus exprimi

solebat. Posteriore tempore consuetum erat, eo adiectivo simpliciter *reverendum* exprimere, *quae interpretatio semper quadrat.* Apparet tamen hoc discrimen subtilius lingua vigente facile evanescere potuisse; unde *id, quod stupuerant*, mox et *dignum* habebatur, *quod stuperent.* Quem sensum bonum recte grammatici et lexicographi veteres vocibus σεβάσμιος, imo τίμιος explicant e. g. Hesych. ed. Jo. Alberti 1760. Vol. I. p. 48. Minus cum natura eius adject. convenit, si id, cuius causa revereris, ad significationem *reverendi* ipsam trahitur e. g. interpretatio καθαρός. Denique transiit v. ad res diis dicatas ob eamque rem a vulgo secretas significandas, omnino divinas. Apud Graecos ipsos pro ἅγιος ex vario eius usu vel σεβάσμιος, vel ἁγνός, vel ἱερός dici solebat; certe vox ea, Homero inaudita et tragoedis Atticis, omnino parum consueta fuisse videtur; posteriore vero tempore saepius invenitur; LXX. Interpr. et scriptores N. T. praeter ep. Jacobi, deinde Patres eam sexcenties repetunt, quam cum voce Hebraïca, candidum significante simulque deo dicatum, קָדוֹשׁ parum circumspecte exaequant.

Simplicior admirandi et reverendi sensus est ap. Aristoph. Aves v. 522: ὑμᾶς πρότερον πάντες μεγάλους ἁγίους τ' ἐνόμιζον. Contra Nub. v. 304: τελεταὶ ἁγίαι sunt initia ad deorum cultum attinentia, quamvis et hic interpretatio: reverendus optime quadret. Ita si ἅγιος cum substantivo τὸ ἱερὸν confertur, non ab initio *sacrum*, vel *purum*, vel *secretum*, significare potest, nam notio secreti voci ἱερὸς propria est; nec de aedis alicuius munditie sermo est. Ap. Diod. Sicul. V. 62 et 72; Herod. II., 41 et 44 et Xenophont. Hist. Graec. III., 2, 14 ἱερὸν dicitur ἅγιον vel μάλα ἅγιον. Ap. Diodorum v. ἅγ. par habetur formulae: τιμὰς ἔχειν i. e. cultum esse, eiusmodi esse, quod veneratione prosequantur. Pariter Aeliano Var. Hist. I., 15 idem atque σεμνός (reverendus) nostrum adjectivum exprimit, et Strabo IX., p. 487 ed. Sieb. pari ratione χωρία τιμώμενα καὶ ἁγιστευόμενα confert (loca honore et veneratione plena). Ceterum vocum ab adiect. nostro derivatarum naturam investigare huius loci non est; omnes tamen cum eius principio convenire facile tibi persuasum erit.

3) Τὸ ἄγος est verbo ἄζεσθαι cognatum, uti τεῦχος verbo τεύχω, ζεῦγος v. ζεύγνυμι; quae subst. neutr. gen. in ος desinentia rem a verbo primitivo effectam exprimunt. Ita τὸ τεῦχος est *aedificatum (murus)*, τὸ ζεῦγος (iugatum)

iugum, ἔπος *dictum*, ἄγος *quod verentur* vel omnino *stupent*. Quum quod homines reddit attonitos, duplicis, imo contrariae naturae esse possit, et vox τὸ ἄγος, teste Etymolog. Magn. ed. Sylb. (l. l.) tam τὸ μιαρὸν vel τὸ μύσος, quam τὸ σεβαστόν et τὸ καθαρόν significat et vox μέση dicenda est. Ceteri quoque grammatici veteres afferunt vestigia usus vocis ἄγος, ex quo de re *admiranda* et *veneranda* dicitur. Eustath. passim (vid. Devar.) καὶ ἐπὶ μιασμοῦ κεῖται καὶ ἐπὶ ἁγιστείας docet; p. 1356, 60: τὸ τοῦ ἄγους διπλόσημον. Suid. ed. Bernh. p. 68: λέγεται καὶ τὸ τίμιον, καὶ ἄξιον σεβάσματος. Grammat. Beckeri A. 330 (vid. Bernh. ad Suid. l. l.) addit: καὶ ἄγη τὰ μυστήρια, proprie res summe reverendas. Posteriore tempore praecipue sensus *abominandi* intelligebatur. Unde τὸ ἄγος non tantum ad significandum piaculum et hominem piacularem (ut Soph. Oed. Tyr. 1426: ἄγος τὸ μήτε γῆ, μήτ' ὄμβρος ἱερὸς, μήτε φῶς προσδέξεται, et in formula: ἐνέχεσθαι ἄγεϊ Herod. VI., 56 et ἄγος ἐλαύνειν Thucyd. I., 126) sed etiam adhibebatur e. g. verbo ἀγηλατεῖν (non ἀγηλατεῖν, quod est simpliciter pellere, vid. Eustath. 1704, 5 et Duncanii et Dammii L. ed. Rost. et Suid. p. 27.) componendo. Uti hoc aperte: *crimen* vel hominem crimine tactum *(horrendum)* (e patria) *exigere, propulsare* significat (Vid. Ruhnk. Tim. p. 12 et Ellendt Lex. Soph. I., 6), ita plurimis in locis simplex interpretatio: *verendum* vel *abominandum (das Abscheuliche)* optime quadrat; cf. Plutarch. Solon. c. 12: ἄγη καί μιασμὲς δεομένας καθαρμῶν. Timaeus (l. l. p. 11) non nisi μίασμα, μύσος adscribit ei nomini et Suidas (l. l.) prae ceteris explicat v. μίασμα; accuratior est sub v. παναγής· ἄγος καὶ ἁγνεία καὶ μύσος. Itaque adjectivum ἅγιος et substantivum ἄγος radicis quidem et significationum, quas exprimere poterant, ratione habita arcte inter se contineri apparet, non tamen usum earum vocum fata contraria passum esse obliviscendum est; nam ἄγος ad res abominandas *(das Abscheuliche)*, ἅγιος ad res venerandas *(das zu Scheuende, das zu Verehrende)* exprimendas vel praedicandas posteriore tempore transiit. Omnino non est, quod nomen ἄγος matrem vocis ἅγιος habeamus, quum potius illud nomen huius adjectivi sororem eamque simillimam dicere possimus.

4) Eadem ratio in adjectivo ἀγής, εος (ὁ, ἡ), quod ap. Hipponactem fr. 4 significatione scelesti i. e. *abominandi* exstare dicitur (Passovio), et ple-

rumque formam ἐναγὴς, εος induit, observanda est; nam apud Phil. ἐναγῶς *rite, sacrove* modo, apud Thucyd. I., 126 autem ἐναγὴς *(abscheulich)* idem atque ἀλιτήριος *(scelestus)* significat, apud Soph. O. T. 656 (τὸν ἐναγῆ φίλον μήποτ' ἐν αἰτίᾳ ἄτιμον βαλεῖν) est proprie is, qui est in reverentia vel reverentia defensus. (De iureiurando h. l. sermo non est, nec sufficit schol. καθαρός). Suidas igitur p. 319 ed. B. qui ἐναγεῖς dicit non nisi ἐνόχους μιάσματι arbitrarius est. Et Eustath. ἐναγὴς oppositum esse voci εὐαγὴς p. 1356, 60 arbitratur. Deinde compositum ἀναγὴς, εος ita comparatum est, ut Suidae l. l. „si per α scribatur„ purum idemque Hesychio exprimat. Tum vox παναγὴς, εος Suidae (e. g. sub ἅγος· ἐξ οὗ καὶ παναγεῖς ἱέρειαι) et Hesychio *maxime reverendus* significavit, contra ἐξάγιστος, ου (ὁ καὶ ἡ) e. g. idem atque πονηρότατος vel ἐπάρατος et ex eiusdem Suidae translatione ἀκάθαρτος et πονηρὸς expressit (cf. H. Stephani Thes. L. Gr. ed. 1572. Vol I., p. 126). Quae sensus discrepantia non nisi ea re solvitur, quod adiectivi ἀγὴς, εος significationem primariam habemus: *quod animum agitat* vel *quod stuporem excitat.* In contrariam partem eam vim trahi ipsi Graeci significarunt vocibus εὐαγὴς et δυσαγής. — Adiect. εὐαγὴς, 1) quandoquidem α correpto ex verbo ἄζομαι pendet, non nisi bono sensu dictum esse auguraris ex praefixo εὐ. Revera εὐᾰγεῶς (i. e. γῶς) in Hymn. (Hom.) Demetr. 275 sensu simplici de accurata reverentia, qua sacra patranda sint, dici videtur; H. Stephanus (Thes. L. Gr. Ed. princ. s. v. ἅγος) locos complures eius usus affert. Praeterea εὐαγεῖν et εὐαγία dicitur de vita casta deorumve reverentiae plena (ap. Theocr. Callim. Iamblich. vid. Schneider. L. ed. III. I., 561). 2) Quando quidem ex ἄγω *recta via* repetitur, est (ex Suida) εὐπεριηγμένος, agilis, quo sensu α corripiendum est. (Sive α producitur vel vitium prosodicum intelligendum est, vel scriptum esse potuit pro εὐηγὴς scilicet ab ἡγέομαι, ita ut non ad agilitatem sed ad ordinem administrationis [e. g. apium] referatur: bene ductus, rectus, imperatus.) Simplex ᾱγής ap. Empedocl. (vid. Schneid.) non est ductus, sed curvatus (ab ἄγνυμι repetendum). 3) Distinguendae sunt eae formae εὐᾰγὴς ab εὐᾱγὴς, quae ex diversa radice diversum sensum admittit. a) Ab ᾱγνυμι repetitum est fragilis. b) Si αγης cognatum est voci αὐγὴ, cuius υ ob antecedens εὐ (non per errorem librarii) sed enuntiando apud ipsos Graecos omissum videtur, εὐαγὴς est

pellucidus, splendens, lucis radiis plenus; eoque sensu dicitur et de oculis et de sole et de turribus elatis, sole tactis. Ita Eurip. Bacch. 662: *εὐαγεῖς βολαὶ* (rectius *εὐαυγεῖς*, quod metrum admittit, quum *α* sit prima diiambi ultimi syllaba) sunt quasi (solis) ictus radiantes i. e. radii solis; ita Aesch. Pers. 466 *ἕδραν εἶχε παντὸς εὐαγῆ στρατοῦ* i. e. *hellbeleuchtet* (*zum Blick*) *auf das ganze Heer* (sensus activus: *hellschauend* formae adject. non convenit); Eurip. suppl. 652. *πύργον εὐαγῆ λαβών* (*ἔστην θεατής*). Ap. Arist. Nub. 277 (*νεφελαὶ φανεραὶ δροσερὰν φύσιν*) *εὐάγηται* idem adj. (forma aucta) esse videtur; proprie igitur est: *εὐαύγηται* i. e. idem atque *τηλεφανεῖς* v. 287 et *ἐν αὐγαῖς* v. 286. Eodem sensu *εὐαγὴς* explicatur v. *λαμπρὸς* et ap. Hesych. v. *εὔοπτον*[6]). Schneiderus (l. l. I. p. 561) praeterea significationem *rund* exhibet non comprobatam; Passovius (ed. IV. I. 926) ad eam interpretationem explicandam confert *περιηγής* i. e. circumductus, rotundus; ea tamen vis aperte nonnisi in praefixo *περι* latet. Idem coniectat significationem *λαμπρὸς* natam esse ex vi puri; ipsos tamen radios lucis nulla vox, quae ad *ἅγιος*, *ἅγος* al. pertinet, ne *ἁγνὸς* quidem, quod *puri* vim quasi propriam sibi sumsit, exprimit. Haeret in sententia *α* ap. Aesch. et Eurip. l. l. corripi; metrum tamen utramque quantitatem syllabae eius admittit. Quum vero v. *εὐάγητος* ap. Aristoph. l. l. trahit ab *ἄγω*, et *εὐαγὴς* (sensu agilis) *α* producto scribit, miror Virum D.; *ἄγω* enim semper *ᾰ* habet. Codices quidem in iis locis *εὐαυγὴς* prorsus non exhibere dicuntur; ea igitur scriptio non mutanda videtur (quod recte non audent). Hesychii scholion certe confirmat scriptionem Codd. Qua re non prohibemur, quominus (aeque in *ἀγαυός* vid. supr.) *υ* (ob studium euphoniae) omissum censeamus, ita ut forma *εὐαγής* non tantum ex duabus radicibus trahatur (de qua re dubitari nequit) sed etiam ex voce tertia, ab utraque diversa, explicetur. Ita tres sunt voces eodem modo scriptae *εὐᾱγὴς* (tam a rad. *Ἀγ* simplici — sensu motionis —, quam a themate *Ἀγ* — sensu agitationis internae, praecipue reverentiae — pendens) *εὐϜᾱγὴς*, *εὐαυγὴς* (quibus fortasse *εὐ – ἠγής* accenses).

5) Adjectivum *ἁγνός, ή, όν*, eodem modo natum est a v. *ἄζομαι* atque

---

6) Ad radicem *ΓΑ*, quae primum significare dicitur splendorem, vox *εὐαγὴς*, eo sensu instructa, referri nequit, quum *α* producatur.

λιχανὸς (capax lambendi) a λείχω (*lambo*) πιθανὸς (*qui persuadere potest, disertus*) a πείθω, ἱκανὸς (*qui ad scopum suum pervenire potest*) ab ἱκνέομαι derivantur, itaprae ceteris supponatur forma ἁγανός, quae ex analogia eum significat, qui alius animum *reverentia possit* implere vel *valeat* ita excitare animumque agitare, ut vereatur. Deinde ἁγανὸς per syncopen, uti πυκινὸς in πυκνὸς et παιδινὸς in παιδνὸς transiit, in formam solitam ἁγνὸς mutatum esse videtur. Ea est grammaticorum antiquorum sententia. Facilius et verius (quum ἁγανὸς nusquam adsit) cum Buttmanno adjicis terminationem νος simplicem (cf. σεμνὸς, δεινὸς cll. σέβομαι, δείδω) themati ᾽*AI*; sensus eius formae idem est. Illa derivatio antiquissimo vocis ἁγνὸς usu comprobatur, nam apud Homerum fere nil nisi simplicem exprimit *reverendi* et *colendi* significationem; Od. 21, 258 cf. 259 dicitur: ἑορτὴ τοῖο θεοῖο ἁγνὴ· ἑκηλοὶ κατθετ᾽, quibus in contextis non de sacrorum in festo isto patrandorum *munditie,* sed omnino de *reverentia*, ob quam e. g. bellum ad tempus omittitur, sermo est. Simplex *venerandi* significatio in adjectivo nostro inesse apparet, si pariter atque πότνια (i. e. vel *venerabilis* vel *domina verenda)* dearum epitheton Homericum est; nec tantum in Odyss. e. g. XI., 386 (Persephone) III., 123 (Artemis) (quod Tittmann. Programm. Pentecost. Lips. 1820 p. VIII. perhibet) sed in Hymnis quoque e. g. IV., 203. 439 (ubi Demeter πότνια vel ἁγνὴ dicitur) iste antiquus nostrae vocis usus exstat, ubi non diserte de puritate dearum dicitur. Si Cereri et Dianae hoc praedicatum tribuitur, revera quidem veneratio earum ad innuptam quoque earundem vitam refertur, sed haec pudicitiae ratio prorsus abest: in carmine Orphico (LXVII., 10. ubi θεαὶ, ζῆλόν τ᾽ ἐρατὸν πολύϋμνον ἄγουσαι dicuntur ἁγναὶ, quibus Nymphae et CXLV., 1 Maenades adeo accensentur; ibique adjectivum nostrum verbis μαλ᾽ εὐδύνατος explicatur), tum in iis locis, ubi dii minime casti e. g. Apollo, Jupiter aliique daemones, ἁγνοὶ compellantur (Soph. Philoct. 1273 et Aesch. Suppl. 667 Ζηνὸς ἁγνοῦ, Pers. 627 Χθόνιοι δαίμονες ἁγνοὶ — Orph. εὐχ. πρὸς Μοῦσαν V. 10 — ubi Ἡφαίστου μένος ἁγνὸν vocatur), deinde in inscriptionibus, quae ἁγνὸς tanquam titulum praefectorum honorificum praebent (vid. Boisson. ad Planud. Metam. p. 653), denique in formula: ἁγνὸν σέβας i. e. maiestas vel dignitas reverenda, quae de Jove et diis adhibetur. Ita Oedip. in Soph. Oed. Tyr. 830 (al. 840):

ὦ θεῶν ἁγνὸν σέβας; cf. Aeschyl. Hiket. v. 823 l. supra l. Quibus in locis nostrum ἁγνὸς aperte significatione amplioris ambitus, quam qui posteriore tempore solitus erat, intelligendum est. Ita recte Zonaras: τὸν ἁγνὸν πάντες σεβόμεθα. Eadem *reverendi* vis exprimitur locis, in quibus ἁγνὸς ad res sacras refertur; ita Soph. Oed. Col. 37: ἔχεις χῶρον οὔχ ἁγνὸν πατεῖν, ubi verba ita interpretanda videntur: ades loco reverendo, ut eum adire non liceat (*scheuenswerth, zum Nichtbetreten*); Trach. 286: ἁγνὰ θύματα sunt reverenda eaque diis data, it. Pindari ἄλσος, τέμενος ἁγνόν. Eo sensu ἁγνὸς aperte pro ἅγιος interdum dici (e. g. Trach. 286) observabis. Deinde soliti sunt Graeci id, quod veneratu dignum dicitur, voce ἁγνὸς ad puritatem cujuscunque generis referre usu tam firmo, ut interpretatio *reverendus* locis permultis non respondeat. Ita apud Pindarum saepius (Vid. Damm L. Gr. ed. Rost p. 11) ~~et~~ ap. Soph. El. 86 φάος dicitur ἁγνὸν, ubi et reverentia et candor intelligitur; deinde est purus injuriae Soph. Ant. 880 (*unschuldig*, τοὐπὶ τήνδε), solutus officio obligante et promisso Soph. Trach. 257 (de Hercule, ὁ θ' ἁγνὸς ἦν), omnino integer atque sincerus (κρίσις ἀέθλων Pind.), denique limpidus de aqua (Pind. al.), omnino purus (ita Eurip. Orest. 1604: χεῖρας, ἀλλ' οὐ φρένας; Hippol. 316. 317 χεῖρας αἵματος ἁγνάς; φρὴν δ' ἔχει μίασμά τι). Unde Suidas ed. Bernh. p. 62 simpliciter: ἁγνὸς, ait, ὁ καθαρός; ita etiam formula ἁγνότερον πηδαλίου explicanda et derivativa ἁγνιστήριον, ἁγνίτης (quae ad sal vel purgans vel purgandum referuntur). Ob eum adjectivi usum apud posteriores fere tantum solitum Eustath. (vid. Devar.) mox ex pudicitia (deae) mox ex purgatorio inferno repetit hanc ejus praedicati vim. Eaque consuetudo fere una est apud Hellenistas (N. T. et Patres), quamvis vocem Hebraïcam *Kadosch* puritatem ex principio significantem non v. ἁγνὸς transferrent in suum sermonem. (Vid. supr.).

Contra usus antiquior principium verbi ἅζεσθαι et nostri adjectivi idem esse satis demonstrat. Omnes eae voces, ab ἅζομαι repetitae, significatione *reverendi*, deinde *puri* (praeter v. ἅγιος, ne dicam de usu dicendi Hellenistico), denique eius, quod diis dicatum est, inter se conveniunt; ad sensum horrendi generalem v. ἅγιος, ἅγος et ἁγὴς (et voces ex ea derivatae) spectant.

C. Nexus thematum ʿΑΓ et ʾΑΓΑ atque radicis ʾΑΓ.

1) Vox ὁ ἄγνος viticem (salicis speciem) significat; recte Passovio ea

vox ad radicem ἄγνυμι (curvare) pertinere videtur (cf. v. ἀγνόστροφος). Graeci tamen ob soni similitudinem eam cum adjectivo ἁγνὸς compararunt; quum praeterea mulieres vitice ad castitatem servandam in jejuniis uterentur, ipsa vox ad vim castitatis translata esse videtur. (Latinum *agnus* Schwenckio videtur cum v. *aries* cognatum esse.) Cuncti fere scholiastae religiose eam vocem explicare studuerunt (cf. Jo. Alberti ed. Hesych. Lex. 1746. p. 57. not. 15). Spiritum asperum cum leni habitu in scribendis vocibus ἁγνὸς, ἡ, ὸν et ὁ ἄγνος apud ipsos Graecos alternasse, intelligis ex formula ἁγνιαὶ ῥαβδοὶ, quae nil nisi ἄγνον significant sicuti ex errore Hesychii (p. 48. Vol. I. ed. Jo. Alberti), qui loco formae cujusdam ἄγνιον (i. e. quod ad viticem pertinet) scripsit ἄγιον eamque vocem verbis: τῶ ἄγνω τὸ σπέρμα interpretatus est. Et Suidas ed. Bernh. p. 62 *spiritus* differentia non adjecta docet nos non nisi *accentus* discrimen. Ita ipsis Graecis spiritus, quo themata illa inter se et ἁγ a radice ἀγ differunt, momentum parum grave fuisse apparet.

2) Vox ἡ ἄγη, teste Etymolog. Magno (ed. Fr. Sylburg. p. 8), et Suida (vid. supr.) non tantum omnino perturbationes animi (iram, invidiam, stuporem) sed etiam τὰ ἱέρεια significat, ita ut ab altera parte cum radice ἄγειν ex themate ἀγα, ab altera cum vi vocum ἅγιος et ἁγνὸς cohaereat.

3) Ἀγάσματα, quum sint idem atque σεβάσματα ad rationem ἁγίος, ἁγνὸς et ἅγος patere apparet; res sacras significare illud nomen docet et L. Duncan. et Damm. ed. Rost.

4) De nexu v. ἄγ(α)ομαι et ἄζομαι vid. supr. Praeterea Suidas ed. Bernh. p. 122 conservavit formam ἀζητός, quam voce σεβαστὸς interpretatur, quo loco scriptio mutari nequit in ἀγητὸς, cui voci sane simillima est.

5) Deinde adjectivum ἀγα(ϝ)ὸς (venerandus) ab Homero praecipue quidem hominibus nobilibus tribuitur, sed aeque atque ipsum ἁγνὸς etiam ad Persephonem refertur. (Od. I., 213. 226 al.)

6) Nec dubium esse videtur, quin adjectivum ἀγαθὸς, iis in locis, ubi diis deabusque (e. g. Veneri) apponitur (cf. H. Steph. Thes., L. Gr. ed. Didot. s. h. v.), simpliciter venerandum, uti ἁγνὸς (vid. supr.) significet.

7) Quoties posteriores certe Graeci in voce ἁγνὸς et verbis ei cognatis spiritus rationem neglexerint, Hesychius (ed. Jo, Alb. 1746 Vol. I., p. 59)

exemplo memoratu digno probat; quippe qui formam ἁγνὸς voce solita καθαρὸς eandemque simul, mirum in modum voce ἄγνωστος (*inscius*) interpretatus est; unde, quum scriptio non prorsus mutari possit, spiritum asperum in voce αγνος parum valuisse apparet, ut ea cum verbo ἀγνὼς commutari potuerit. Ita ne pronuntiatione quidem verba a radice ἀγα et ἀγ orta, sedulo discreta esse videntur.

8) Vocem τὸ ἅγος leni etiam spiritu pronuntiari et scribi, extra dubium positum esse videtur; omnes certe grammatici, lexicographi et scholiastae veteres, quos conferendi copia data erat, ea in causa consentiunt (ii scriptionem ἄγος plerumque adeo tuentur, ut vocem eam cum v. ἀγοστὸς i. e. ἄγκων confundant. Vid. Bernh. ad Suid. s. h. v.), nec editiones recentiores adhuc unam scriptionem sequi poterant; sicuti de adjectivo ἁγὴς, εος quoque Naekius ad Choerili Sam. fragm. 179 haec recte docet: utrum ἀγὴς scribatur, an ἁγὴς, non multum interest. Ob thematis ἄζομαι indolem praeferes adspirationem asperam.

9) Verbi ἄγω ratio necessario habeatur ad explicandum adjectivum εὐαγὴς, εος (Vid. supr.) quippe quod sit et: *sanctus purusve* proprie: *bene reverendus* (e. g. si iungitur cum verbis τὰς χεῖρας, vel πράξεις) et agilis (ex Suida: εὐ περιηγμένος). Eae sane notiones aperte ex eadem radice, eaeque vel recta vel indirecta via, uti dicunt, natae sunt et vinculum habent non nisi in *agitationis* vi, quae tam interna quam externa dici potest.

Tum observa omnes illas voces *α correpto* instructas esse, aeque atque verbum ἄγω, cf. locos supra laudatos; denique eadem lege, qua ἀγάομαι, ἀγαίομαι et αγάζομαι duplicem, eamque oppositam significationem admiserunt, ἅγιος, ἅγος et ἁγὴς in utramque partem dici atque intelligi potuerunt; nec singulas voces ex utroque themate natas aliquo significationis diverticulo aliquid singulare expressisse miraberis cum Dammio, qui recte docuit: in Graecia (uti omnino) nulla perfecta inveniri synonyma; forma nusquam flocci pendenda est, levissimumque formae discrimen aliquid valet ad sensum distinguendum. Omnium vero vocum, ex themate ʽΑΓΑ et ʽΑΓ natarum[7]), atque significatio-

---

7) V. ὅσιος quidem Etymol. M. et qui eius placita repetunt dictum censent pro ἅσιος, ita ut a. v. ἄζομαι derivetur. Quamquam prosodia, et significatio v. ὁσία et ὁσιό-

num variarum, iis propriarum, principium reperies in notione *agitationis* vel *commotionis* praecipue *internae* i. e. in vi radicis *AΓ*, fereque omnibus iis aliquid cognati exhibet verbi *σέβομαι* origo, vis atque progenies.

SECTIO II.

Sententiae scriptorum priorum.

I. *De radice AΓ.*

1) Radices *Ἀ* et *Αἰ* cum ea audacius exaequatae sunt. Dammium vero *ἄγαν*, ex quo *ἄγαμαι* aliaque verba ei cognata repetit, non nisi *ex α mirante iterato* derivantem quis est, quin refellat? Buttmanno autem, qui *αἴητος* et *ἄητος* (Il. 18,410., 21,395) cum adj. *αἰνὸς* confert, easque voces aeque atque adj. *ἀγητὸς* adeoque v. *ἄζομαι*, quae sensum similem contineant, ab eadem radice natas esse perhibet, plures obsecuti sunt. At *αἴητος* ex *ἀγητὸς* nasci non poterat, quod et sonus *γ* prohibet; nec *ἀγητὸς* (ab *ἄγαμαι*) ex *αἴητος* oriri potuit, licet *ἀγρέω* pro *αἱρέω* dictum videatur (*ῥαίω* non in *ῥήγνυμι* transiit sed utrumque est thema eiusdem radicis *PA*); ante vocalem certe *γ* in *ι* transire non probatur, imo *ἄητος* ne *ι* quidem exhibet. Praeterea accentus differt. — Quum vero V. D. radices *Αω, ΑΙω, ΑΖω, ΑΓω* inter se exaequat, quot voces ex iis natae, eaeque sensu maxime differentes, adversantur ei placito! Nec Spitznero (ed. II. Vol. I. Sect. III. 1835. p. 397) persuasit Buttmannus. Contra etsi non probatur, radices *αἴω*, adeove *ἄω*, exaequari cum rad. *αγ*, ea ipsa tamen, quae Buttmannus de sensu v. *αἴητος* demonstravit, non infirmantur; satis est conferre *αἰνὸς*, nec oportet nos audacius et *ἀγητὸς* respicere. Priores opiniones circa *ἄητος* et *αἰητὸς* recte

---

της, quae interdum idem atque *δόξα*, *τιμὴ*, fere *σέβας* exprimunt, et analogia vocum, in quibus *α* cum *ο* alternat, conveniat cum ea radice, minime tamen ea coniectura sana est, quum forma supposita *ἄσιος* nusquam adsit, et quum ille sensus generalis nimis definitus sit ad fas, quod observetur, significandum. Alio igitur loco eius vocis discrimina lustranda sunt.

refutavit; nec Bothii ἀ-ἴητον (cll. ἰά-vox) i. e. non effandum, habet, quo satis defendi possit; commentationem, qua Spitzner ea adject. illustrare promisit, nusquam inveni. Sane vim movendi, quae rad. ἄω et αἴω tribui potest, in formam ἄγω transiisse credas; ea vero ita est definita, ut ejus progeniem cum stirpe illarum radicum e. g. αὖρα, αὖρον, αἴθω, ἄζω, ἀήρ al. non exaequare, vix comparare possis.

2) Verbum ἄγνυμι ab ἀγω incautius derivatur a Dammio et Schneidero; etsi cohaerent et significationes movendi et curvandi cognatae haberi possunt, eorum tamen ipsorum usus, sicuti formae utrique verbo propriae, earumque progenies nimium differunt. Grammatici veteres saepe confundunt voces ex utroque verbo derivatas, quas accentu tantum distinguere solent. Hodierno tamen tempore plurimi Grammatici sedulo prohibent, quominus ea verba exaequentur.

3) Ἀΐσσω. Ἀγανακτέω cum v. ἀκταίνω non contulerunt (vide Ruhnk. Tim. l. l.); Schneiderus cum v. ἄγω; tamen forma ab eo supposita ἄκτος non adest, ipsaque significatio differt.

II. *De progenie thematis ΑΓΑ.*

A. Confundi solet cum verbis a rad. *ΓΑ* repetitis. C. W. Lucas (Quaest. Lexil. l. I. 1835. Vid. *Jahrb. für Philol. u. Paedag.* ed. Jahn al. 1837, f. 4. p. 385) ἀγανὸς ex radice *γα* repetendum dicit significare eos, qui magnum *gaudium* excitent (num et Persephone?) verbisque (p. 389) cum Thierschio Gr. Gr. ed. III. p. 380[8]) ἄγαμαι cet. notionem principem *gaudii* tribuit; mali tamen eorum sensus (cujus locos fere omnes recte interpretatus videtur) causam, etiamsi notio magnificiendi interponatur, explicare nequit; a gaudendo ira et invidia prorsus alienae sunt[9]). 2) Fuhrius in docta cen-

8) Is ei radici *Γα* addit *F*, collato: gaudeo et *gaffen*, quod rectius ad thema quoddam eiusdem radicis refertur a Fuhrio (cf. γάνος); neque ad verba ἄγαμαι, ἀγάομαι, ἀγάζομαι, ἄγη cet. explicanda illud *F* aliquid facit. Ἀγανὸς quidem ex *F* adiecto natum est; ipse tamen Thierschius alio loco id additamentum ad formam adiectivorum (i. e. non ad radicem) pertinere docet.

9) Adi. ἀγαθὸς et Pape (de inven. Gr. l. radicibus. 1837) ad voces ἀ praefixo formatas refert; quod usus Homericus non admittit.

sura libri Lucae (ibid. p. 390) ἀγάλλω, ἄγαλμα, ἄγλαος, quae etiam Lucas recte ad rad. γα retulit, cum v. ἄγαμαι cohaerere non dubitat; quum vero eae cum v. χαίρειν componuntur et significatio *verherrlichen*, *rühmen* v. ἄγαμαι tribuitur, loci longe plurimi praecipue antiquissimi eam opinionem refellunt [10]). Praeterea V. D. idem (p. 391) ἀγανὸς et ἀγαυρὸς et ἀγαπᾶν a radice ἀγα repetit, licet p. 384 de ea re dubitet, principe significatione adversante. Passov. de ἀγαπάω et ἀγαυρὸς (p. 8, 9) sensu, quem ipse exponit non consentiente, idem opinatur. 3) Denique Fuhrius omnem eam radicem ἀγα (p. 391 cll. p. 388) tam cum v. ἄγαν atque ἄγη, quam cum γαίω cognatam esse posse dubitanter opinatur. At seusus splendoris, quem ipse e. g. v. γάνος (p. 382, 383) tribuit minime v. ἄγαν et ἄγη exprimitur, nec merus stupor vocibus, quae splendorem atque gaudium significant. De solita vocis ἀγαυρὸς derivatione, utrique scriptori non probata, vid. S. 1. not. 3.

B. Voces ex ἀγα natae interdum non recte exponuntur.

1) Verba ἀγα–ἄγαο–ἀγάζομαι imo ἀγαίομαι confunduntur, nec significatione discreta, nec formis aor. med. et pass. distinctis, ap. Thiersch., Schneider., Passov.; Lucas quidem recte form. aor. med. v. ἀγάζομαι tribuit, Fuhrius tamen denuo omnes formas ex uno verbo ἀγάομαι repetere mavult cum Matthiae Gr. Gr. ed. II. p. 234, radix quidem eadem, eae tamen formae differunt.

Significatio: *laudo*, et *vitupero*, *comprobo* et *improbo*, quam Grammat. et Lexicogr. veteres et hodierni afferunt, ficta est. Sensus princeps: *hochaufnehmen*, a Passovio commendatus, Fuhrio probatus, ad arbitrium iis verbis accensetur et accuratius ad v. μεγαίρω quadrat (cll. μέγας), quamquam illius formulae Germanicae vis cum progenie sensus: *staunen* comparari potest.

2) Voci ἄγη a Schneidero et Passovio nimium significationum tribuitur.

3) Ἄγαν (cll. ἄγω) cum vehementer (cll. vehi) exaequari posse opinatur Passovius cui plerique adstipulantur. Monuit tamen Schmidtius (l. l. Sect. I.) ne termin. *menter* negligatur. Eam terminationem solent ex v. *mens* ita de-

10) Significatio *splendidus*, quae ad v. ἀγανὸς (Maneth.) et εὐαγὴς (Frag.) refertur (quamquam Fuhrius eum usum non respexit) tam longe abest a sensu alioquin uno ut ad alienam radicem respiciatur oporteat, quod non improbavit, qui e. g. εὐᾱγὴς tum ab *Fάγνυμι* quum ab *Αγω* repetendum esse intelligit.

riv ere, ut vehemens, ve-mens i. e. vecors insanus, ad impetum mentis significandum transferatur. Gell. A. N. 16, 5, Macrob. 6, 8, Forcell., Gesner, Scheller. At qui recte de rebus inanimatis dici potuit e. g. vite luxuriante, vento al. et sine vituperio? Aliis videtur v. esse: vehente mente instructus; at tum necessario sonuisset vehementus vel tis; adjectivum poscit terminationem; nec usus vocis consentit. Contra non video, cur non ex analogia terminationum subst.: men, mentum, terminatio adjectivi: mens (cll. lentus) repeti possit ut vehemens a verbo *vehendi* mero repetitum dicatur de ea re, qua vis vehendi prodeat: *getrieben*, vel *treibend*, *triebartig*, deinde *heftig*. At is *impetus*, non recta via ex ἄγαν repeti potest. An significatio: ad modum vehentis vel vecti, quasi: *getriebenerweise* conveniat cum consuetudine part. ἄγαν quaeritur. Nullum tamen locum equidem inveni, in quo ea interpretatio quadret. Num ex ἀϊγ repeti potest significatio *heftig*? α sine ι subscripto producitur, quod ab ἄγαν alienum est. Ita superest quocunque demum modo v. *vehementer* explicatur, quod commendavi Sect. I. Sensum diversum, quem Grammatici veteres e. g. Eustathius ea particula exprimi opinabantur, ex diversis contextis pendere viderunt C. Hermannus (Cens. Thes. Steph. p. 231. Opusc. t. II. vid. Ellendt Lex. Soph. t. I. p. 3) et Passovius. Vid. Sect. I. ad h. l.

4) Ἀγαθός. Vid. supr. Etym. Magn. ἄγαν θεῖον vel ἄγαν θέειν (ad aliorum usum) ad ridenda pertinet; contra miror multos e. g. Schneiderum principem sensum habuisse: *gut zu Etwas*, *tauglich*; non miror et Passovium eandem interpretationem suscepisse, quamvis a radice proxime abesset, quum ἄγαν non recte intellexerit. Eustath. (cui adde Plat. Cratyl. cf. Passov. t. II. Addit.) ex ἀγαστὸς (vid. S. I.), et Fr. Boppium ex (Ind.) *a gadhas* non recte derivasse vidit et demonstravit Schmidtius. vid. Sect. I.

5) Ἀγᾶτὸς formam contulit Passov., c. θαυματὸς (pro στος) ἀδάματος, Schneider et Damm. (p. 9.) falso cum ἄγητος. Sensus admirandus sane bene quadrat ad eum locum, quo invenitur, quamvis non omnis dubitatio tollatur. Vid. Sect. I.

III. *De vocibus Graecis ex themate ΑΓ natis.*

1) Ἄγιος. Originem ejus adjectivi scriptores praetermittere solent: inter lexicographos veteres Hesychius, Orion, Photius, Suidas, et aliam ob cau-

sam inter recentiores scriptores plurimi rerum divinarum scrutatores, ii autem, qui quandam de natura vocis ἅγιος sententiam susceperunt, in quatuor partes discedunt.

A. Alii, nostrum *Hagen* conferunt ita ut ἅγιος *das Gehegte*, *Abgesonderte* significet, qui e. g. verba cetera, adjectivo nostro aperte cognata, non curant. Haec derivatio sane levior ex vulgari commento, primam et vocis ἅγιος significationem esse *a communi usu separatum*, pendet.

B. Ex loco Theodoreti (cf. H. Stephan. Thes. L. Gr. ed. Did. 1831. Vol. I. p. 323): ἁγίους (sc. αὐτοὺς ἀγγέλους) ὀνομάζομεν, ὡς γῆϊον οὐδὲν ἔχοντας, *Suicerus* (Thes. Eccl. vid. ἅγιοι) concludit; *per elegantem allusionem* ἅγιον dici *quasi* ἄγειον, qui nil habeat terreni. Ne allusio quidem ea quadrat.

C. Alii recentiorum scriptorum, ut *C. G. Bretschneiderus* (Handb. der Dogmat. ed. III., Vol. I. §. 57.) sicuti *Duncanii* et *Dammii* L. Gr. ed. *Rost.* (1831 sub v. ἄζομαι) adject. a nomine ἅγος trahunt, ex quo tamen substantivo forma ἅγειος quaedam derivanda est. Bretschneideri interpretatio: *verens deum* ne cum consuetudine dicendi quidem convenit, et Dammii: *cui quisque concedit et abstinet manus profanas,* magis ex falsa v. ἄζομαι interpretatione quam ex vi v. ἅγος pendet. *Etymol.* quidem *Magnum* (ed. *Fr. Sylburg* Lips. 1816 p. 299) hanc quoque derivationem proposuit, sed eandem fere anomalam esse confitetur ob eam ipsam causam. Eustath. p. 1144, 36 quoque ex ἅγος ἅγιος trahit et comparat τενάγιος (quod non exstat) et πελάγιος, quocum simul invenitur πελάγειος (cf. p. 1356. 60) H. item *Stephanus* (Thes. L. Gr. 1572. Vol. I. p. 126 et p. 124.) iterato et assidue perhibet v. ἅγιος non via recta a v. ἅζω derivandum esse, sed ab ἅγος. Causam quidem hujus placiti non attulit, nec video, cur temere ei obsequendum sit, quum etiam *significatio* vocis ἅγιος indigeat simpliciore derivatione. Idem Ruhnk. Tim. p. 12. opinatur. Interpretationem tamen v. ἅγιος omisit, quae ex ea derivatione sane male procedit, ne dicam de sexcentis adjectivis, quae ex mera radice vel ex verbo radicali derivanda sunt.

Etymologicum quod Gudianum vocant (ed. *Fr. Gu. Sturzius* Lips. 1818 p. 4.) singulari modo ex voce ἅγος nostrum ἅγιος exponit; ἅγιον, inquit, τὸ παντὸς ἅγους ὂν ἀνώτερον; quum Gramm. hoc ἅγος explicat verbo σέβας, recte quidem naturam nostri ἁγῶς auguratus esse videtur, sed comparativus

iste, ex quo ἅγιος significaret: *quod venerando etiam praestat*, minime habet, quo probari possit.

D. Alii ἅγιος a verbo ἄζω q. d. derivant; quorum plurimi in eo ipso adjectivo exponendo incautius acquiescunt. Iis praelucet *Etymol. Magn.* (p. 9 et 130 ed. Sylb.), in quo non desunt exempla, quibus ea originatio probari possit, quum forma ἁζέως, quam illud *Etymolog.* fingit (p. 9.) arbitraria sit et complura exempla falso collata sint. Sequuntur *Scapula* (Clar. L. G. Bass. 1579 s. v. ἁγιος) *Valckenarius* (Schol. in N. T. 2, 36. cf. Il. Steph. Thesaur. ed. Didot. 1831 p. 320.), qui tamen temere verbum ἄγω quoddam finxit, *Gottl. Schneiderus* (Lex. ed. III.), qui tamen sensu μιαρὸς ἅγιος scribendum et ab ἅγος derivandum opinans non vidit etiam ἅγος scribi et ipsum ἅγος ad puri sensum referri); — denique *Fr. Passovius* (Lex. ed. IV.), qui tamen falso sensum malum ex consecratione repetit. Quo in consensu mirum est, nullum horum scriptorum illa etymologia ad principem vocis ἅγιος significationem exponendam usum esse; plurimi enim v. ἄζω *non* respecto, nostrum ἅγιος primum diis dicatum *secretum* et *profano oppositum* i. e. ἱερὸν significare affirmant. Ita Schneider ἅγιος inquiens *heilig, geweiht, was geweiht ist, ist ehrwürdig*, hanc significationem derivatam habet et Passov *geweiht; daher ehrwürdig.* Abrah. Wahl (Cl. N. T. philol. 1822 p. 7.) *venerandus* tertiam habuit significationem, *sacer* primam. — Omnino provocare solent ad id adj. Lat., quod quum ex eadem radice natum sit, non bene adhibetur ad definiendam vim v. ἅγιος. Quamvis et terminatio *er* cum vi syllabae ιος conveniat, consuetudo tamen eorum adjectivorum discedit. Romani v. sacer uti solent, ut ἱερὸς, a quo ἅγιος apud Graecos aperte distinguitur (Vid. S. I.); praeterea et sacri primus sensus est: verendus et horrendus et reverendus, quod alio loco demonstrabitur; si sacer de homine diis, praecipue Jovi inferno, dicato et ob eam rem exstirpando dicitur, adjici solet mentio dei, cui dicatus sit. Praeterea permultis in locis ea consecrationis et exstirpationis ratio non habita esse potuit, ubi sacer aperte nil nisi horrendus significavit. Ita Ruhnkenius (vid. sub ἅγος) Schneiderus et Rostius non satis caute, sensum μιαρός (proprie: *horrendus*) ex usu v. sacer Romano derivasse videntur. Sane ea comparatione facile decipi possumus. Jam (I. A. Tittmannus) Progr. Pentecost. Lips. 1820. Lex. Synonymorum in N. T. Spec. I. p. IX. recte vetuit, ne voci ἅγιος ea

significatio *primitiva secreti a profano usu* accenseatur; praeterea V. D. vidit, *de mentis castitate rarissime* aut numquam a scriptoribus Graecis dici. At non satis accurate ἅγιος dixit id, quod veneratione *dignum sit* (p. VIII.), quae significatio necessario transiret in vim *puri*, praeterea quaedam neglexit, quum doceret: *id, quod diis sacrum sit, constanter* illa voce apud Graecos significari. Vid. s. ἁγνός.

Omnino eos, qui ἅγιος ab ἄζομαι derivant, nihilo minus tamen primo *dicatum* significasse opinantur, radicem ejusque vim atque progeniem non penitus perspexisse apparet.

2) Ἅγος *Etym. magn.* (ed. Sylb. p. 11) docet: ab initio v. ἅγος significare purum et κατ' ἀντίφρασιν ad τὸ ῥυπαρὸν referri; cfr. Eustath. p. 108, 40: παρὰ τὸ ἄζω ἀντιφραστικῶς. Gram. Beckeri (An. p. 324, 20 und 330, 26) κατ' ἀντίφρασιν μύσος; idem Suidas s. παναγής. Talis tamen ἀντίφρασις ad portenta lexilogica pertinet, nisi sensus discrimen ex principe quadam vi generali repeti potest [11]). Nihilo magis *Schol.* ad *Soph.* (cf. H. Stephan. Thes. 1572 p. 123 et Scapul. Clav. L. Gr. 1579 p. 22) qui κατ' εὐφημισμὸν vocem ἅγος ad scelus exprimendum relatum esse tradit, nos juvat. Nec ipse *H. Stephanus* (Thes. L. Gr. 1572 p. 123 et 124) discrimina, quibus ratio nominis ἅγος premitur, removit; ea in re cum Eustathio peccavisse videtur, quod ἄζω non nisi verbo *venerari* interpretatur. Ruhnkenius Tim. pag. 12) v. ἅγος: *prima* inquit *potestate est mundities, quae venerationem parit;* at Hesychii: ἅγνισμα θυσίας non est mundities, sed purificatio per immolationem facta i. e. piaculum, quod immolatione constat vel uti Ellendt L. Soph. I, 8 dicit: sacrum piaculare (*Sühnopfer*). Fortasse ap. Soph. ἅγος eo loco (Phaedrae Fr.) fuit *sacrum* in universum; nam vis transitiva v. ἅγνισμα minime exprimitur forma v. ἅγος. Ita restat interpretatio: *quod venerationem parit,* quamvis notio ea causativa: *Ehrfurcht einflössen* ad arbitrium selecta sit. Altera notione dicit Rhnk. ἅγος *rem deo devotam,* deo sacram; cujus loquendi consuetudinis, ἅγος prorsus cum v. ἱερὸν exaequantis, nulla vestigia certa exstant. Deinde ei ἅγος significat hominem, cujus caput ob admissum

11) Omnium vocum, quae Eustath. congessit p. 1356, 60. significatio media ex earum principio explicanda est.

scelus deo devotum sit. Quod non demonstratur nisi comparatione adj. sacer et ἅγιος, quorum sensus simili modo non ex ritibus quibusdam accedentibus, sed ex natura formarum repetendus est. Denique habet V. S. ἄγος scelus, quod piaculo luendum sit. Verum nostra vox scelus nusquam per se significat, et piaculum eam tantum ob rem, quod res horrenda, deo improbata, erat removenda vel luenda. Certe ap. Plutarch. Solon. c. 12: ἄγη καὶ μιασμοὺς δεομένους καθαρμῶν — ἄγος per se non exprimit: quod piaculo luendum sit, quum haec verba diserte addantur. Et nonne probat natura vocum μύσος et μιαρὸν, quibus componi solet ἄγος, hoc significatione simplici aeque intelligendum esse? — Dammius (l. l. p. 27) ἄγος a fut. 2 ἀγῶ, quod nusquam exstat, descendere opinatur; Schneiderus ed. III. t. I. pag. 12 ἄγος *partim* ab ἄζω (male: admirari) derivat, eique ex hac origine tribuit sensum: admirationis et pietatis (quam posteriorem vim nescio quo loco invenit); *partim* dicit id nomen radicem adjectivi ἁγνὸς, quod quum purum significet, probet et ἄγος significasse purum; eum sensum apparere in significatione μύσος i. e. ***Blutschuld*** i. e. *auszusöhnendes* ***Verbrechen*** i. e. ***Reinigung***. Quae explicatio haud facile placebit.

Passov. ed. IV. I. p. 18 ἄγος formam Ionicam arbitrarie dicit; sensum malum (secund. Ruhnk.) ita explicat: *was den Göttern anheimgefallen ist*; multa tamen iis devoventur, quae pura et pulcra sunt. Contra ejus verba: *jeder Gegenstand der Verehrung und Scheu* facile ita mutari possunt, ut verum sensum: *jeder Gegenstand der Scheu, sowohl der Verehrung, als des Abscheu's* exprimant. *C. Fr. Riemerus* joco quodam, ut videtur, conjunctionem radicis ἄγω et verbi ἄγος auguratus nodum ita dissecat; τὸ ἄγος inquit, eum significat hominem, qui super terminos terrae alicujus ad scelus expiandum agitandus (ἄγω) atque fugandus est. Quo commento e. g. significatio *puri* portentosa fit.

3. Ἁγνὸς. Qui vocis ἅγιος originem non perspexerunt, vix principalem adjectivi ἁγνὸς sensum intelligere potuerunt, eumque eo minus curaverunt, quo magis simplex esse videbatur. Hesychius, Suidas, Photius, ut solent, hujus vocis derivationem omittunt, nec majori curae recentioribus scriptoribus e. g. Schneidero, Wahlio, Passovio, Ellendtio esse solet vox, quae vel Graecis puritatem vel *pudicitiam* tantum exprimere dicitur vel eodem

modo atque ceterae voces ad sanctum spectantes explicari solet. *Jo. Aug. Tittmannus* (Progr. Pentec. Lips. 1820 p. VIII.) recte quidem ἅγιος et ἁγνὸς ex *eodem fonte manasse* suspicatur, verum eum fontem non aperit.

A. Fr. Gu. Riemerus (L. Gr. ed. III.) in forma ἅγιος v. ἁγνὸς quaesivit forma ἁγινὸς ficta, ne analogia quidem adsentiente.

B. Ipsi ergo *Riemero* magis placuit, vocem ἁγνὸς a nomine το ἄγος cum syllaba αν vel α juncto, derivare, ita ut syncopes et metatheseos vi ἄγνος oriatur, quod significet: *sine piaculo, purus.* At majora adeo huic obstant opinioni; spiritus enim mutatio in praefixo ἀν nunquam, quantum scio, ~~mutatur~~ *invenit* et accentus ratio adversatur. Temere deinde voci ἄγος tanquam prima significatio sensus *piaculi* tribuitur. Metatheseos denique (ἀν-ἄγος in ἄγνος) usus ad portenta etymologica pertinere videtur.

C. H. Stephanus τὸ ἄγος recta via in ἀγ-νος mutat, quamquam non potest non confiteri vocem ἁγνός (ita) *formationem minus usitatam habere. Ruhnkenius* l. l. et ἁγνὸς ex v. ἄγος repetit, significatione non addita. Iis *purum* videtur utriusque vocis princeps esse significatio; e. g. contra Schneiderus (vid. supr.) sensum *impuri* urget. Mira et pariter arbitraria discrepantia derivationis.

D. Veriora vestigia praebet *Etymol. Magnum*, quamvis argumentis ex parte falsis et opinionibus portentosis maxime contorta sint. Vid. Sect. I. de ἀγανὸς, quod ei placuit. Idem repetierunt *Jo. Zonaras* (Lex. ed. Tittmannus Lips. 1808 Vol. I.), ficta forma ἅζος et *Etymologicum Gudianum* (ed. Fr. Gu. Sturz. 1818 p. 4) quod tamen mirum in modum verbum ἁγνεία, monachorum vita forte respecta, hoc modo explicat. παρὰ τὸ ἄγονον (ἶεσθαι) βίον. Idem Etymol. praeterea verbum confert ἀγανῖαν et tanquam radicem commendat. Vel ea scriptio corrupta vel et ea forma ficta est. — *Dammius* (l. c.) ex radice vera nullum nisi *puri* sensum hausit. Ita Artemis a Dammio ~~ob~~ (cum Eust. 1528, 5) *in* Homero ἁγνὴ dicitur, quia a Venere pura (ἐπιθετικῶς ἡ παρθένος) est (at vid. Sect. I.) et Persephone, quia „destructionem plenariam corporis mortui factam denotat cet.“ (!)“ (p. 11), ab Eustathio 1691, 46: quod mortui igne purgati sint, ἑορτὴ ob ἁγνισμοὺς γενομένους (Eustath. 1908, 43) vel quia puri esse debeant a re profana. (At vid. Sect. I.) Et Tittmannus (l. l.): *in* ἁγνὸς, ait, *proprie cogitatur, rem vel personam esse*

puram; eaque re *discernit* vim v. ἅγιος, quod hoc adject. exprimat id, quod veneratione dignum sit. Quod discrimen non esse sanum, liquet; unde ἁγνὸς accepit eum puri sensum? Nonne ex vi venerandi? Ita non propria, sed *translata* est ea significatio puri, et quod voci ἅγιος tribuit V. D. ad ἁγνὸς referendum est. Vid. Sect. I. Ph. Buttmannus denique in Lexilogo l. l. de sensu v. ἁγνὸς tacet. Gravissimum illud negligunt, quod radix ἄζομαι dilucide generalem usum explicat, qui apud scriptores antiquissimos invenitur.

4. Ἀγής. Interpretatio Schneideri et Passovii *frevelnd, Verbrecher, verbrecherisch* nimis definitaest (pro *abscheulich*). Prosodia — — vel vitiosa est, vel ab Hipponacte ad suum usum ficta cf. ἐναγὴς, ἀναγὴς et παναγής. Et eorum adjectivorum sensus radicalis negligi solet, vix inter se conferuntur. ἐναγὴς Passovius dicit primum *schuld- oder fluchbeladen, daher, auf dem der Fluch der Götter und (?) der Abscheu der Menschen liegt.* Praeterea arbitrarie jusjurandum diis praestitum et vindictam deorum (quo unquam loco? et quomodo simul?) intelligit; adeo idem atque sacer habet, et Soph. Od. Tyr. 656 per prolepsin de eo, qui *im Schutz des Gottesrechtes sey*, interpretatur. Et Ellendtio (l. l. A. I. p. 599) similia placent, idemque Schneidero (jure jurando obstrictus). *Παναγὴς* Passov. ex commento consueto primum *ganz geweiht* significare dixit, nescio qua ratione. De opinionibus et erroribus discrimen v. εὐαγὴς spectantibus vid. Sect. I.

5. Ἄζομαι. Propterea eas voces perspicere non potuerunt, quia ipsum verbum radicale ἄζομαι non altius indagarunt. Portentoso modo *Etym. Magn.* (ed. Sylb. p. 20) cum Eustath. p. 28, 7) a χάζω (*recedo*) derivat illud verbum, *quia* inquit, *recedimus, si homo venerandus nobis obstat.* Et Dammius (Nov. Lex. Gr. ed. Rost. 1831 p. 27) istam opinionem repetiit. At litera χ non flocci pendenda est, cur subito χάζω, quod ab initio *hiare* certe non *recedere* significat, in *verecundiae* sensum transit? Ἄζομαι, quod ex tali explicatione exspectatur, nunquam *fugere* significat. Num et τὸ ἁγνὸν ullum hominem fugare dici potest? Ruhnken. Tim. p. 12 ἄζομαι postponit v. ἁγνίζω et repetit ab ἅγος (vid. supr. s. h. v.). Itaque ei ἄζομαι esse videtur, mundum esse ita ut veneratio oriatur, venerandum esse ob munditiem, qui sensus definitus nusquam exstat (vid. a Sect. I.) atque alienus ab iis locis

ubi verecundia ad res sublimes (non puras) refertur. Nescio cur lit. ζ tam obscura perspectu habeatur.

IV. *De nexu radicum ἄγαμαι et ἄζομαι.*

Maxime spiritus differentia plurimos impedivisse videtur, quominus originem v. ἄζομαι intelligerent. Etym. Magn. (p. 8) ne in voce ἀγη quidem cujus sensum: *sacri* exhibet, cognationem verborum ἄζομαι et ἄγαμαι auguratus est. — Vestigium ejus sententiae inter scriptores veteres exhibere dicitur Etym. Orionis ab H. Stephano (Th. 1572 I. p. 128), quod ex v. ἀγάζω (c. e. ἀγάζομαι) ἁγνὸς repetierit. Forma quidem intempestive adhibita est; et vix adject. ἁγνὸς quadrat ad sensum admirandus. Locum tamen Orionis non reperire potui. Et Schol. Soph. nomen ἄγος cum ἄγαμαι contulisse fertur (vid. supra sub h. v.); ipsum tamen ἄγος pendet ex ἄζομαι, neque ea comparatio Scholiastae explicat discrimen eius substant. Buttmannus quidem (Lexil. l. l. p. 236.) ea verba atque ἄγητος et ἁγνὸς cognata habet iisque stuporem principem sensum recte accenset, principium tamen utriusque formae audacius quaerit in ἄω. Vid. I. 1. Quum vero seriem earum radicum ita refert. (ἀω, αἰω) ἀζω, ἀγω, V. D. id, quod aperte simplicius est (γ), postponit ei, quod flexione demum ortum est (ζ), sicuti accentus et thematum ἀγα et ἀγ discrimen non observat. Temere igitur multi (ut Passov., ex parte Fuhrius) Buttmanno Reverendo ea in re obsecuti sunt. Plurimi tamen Grammaticorum et Lexilogicorum scriptorum omiserunt comparationem earum radicum.

Schneiderus verba thematis ἀγα quaerit ex v. ἄγη, quum pariter atque ἄζομαι etc. non explicat. Passovius plurima eorundem verborum (e. g. ἄγαμαι) ad ἄγαν refert, quod ab ἄγω repeti arbitratur; deinde sub ἄζομαι, provocat de nexu horum verborum ad Buttm. Lexil.; is tamen non verbum ἄγειν sed ἄω cum iis verbis conjungit; ita sibi ipse adversatur. Praeterea sensus, qui Passovio placet: *impetu ferri* nec v. ἄγαν nec ἄγαμαι satis respondet, potius radici v. ἄσσω. Eumque parum naturam vocum ex v. ἄζομαι natarum perspexisse apparet, quod fere ubique sensum dedicationis *principem habuit.*

Omnino scriptores partim principium vocum ex utroque themate ortarum nimium neglexisse videntur, partim peculiarem rationem singularum earum vocum, quatenus ex terminationum et consuetudinis loquendi vi pendent, non satis perpendisse, partim significationes translatas confudisse et in universum voces, quae ad notionem sancti pertinent, temere inter se aut exaequasse aut parum vel *non* comparasse apparet, quamquam permultum contulerunt, quo doctrina verior possit demonstrari.

JAHRESBERICHT

UEBER

DAS KURFUERSTLICHE GYMNASIUM

von Ostern 1837 bis Ostern 1838.

I. Lehrverfassung.

Uebersicht des im verflossenen Schuljahre Geleisteten.

